Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

# In hoc corpore continentur tripartite historie ex Socrate Sozomeno et Theodorico in vnu[m] collecte et nuper de greco in latinu[m] translate libri numero duodecim ... Cassiodori senatoris iam ...

Cassiodorus, Flavius Magnus Aurelius

Augustensis, [ca. 5.II.]1472

Incipit liber primus feliciter

urn:nbn:de:bsz:31-323790

Visual Library

Incipiunt tituli libri primi,

Allocutio Sozomeni ad imperatorem Theodoſium. Ca· ·j·
Cur gentiles facilius q̄ hebrei fidē xp̄i perceperint. Ca· ·ij·
Que fuerit intentio Sozomeni hiſtoriam conſcribendi et ex quibus priorū geſta collegerit· Ca· ·iij·
A quo tempore hiſtorie fecit inicium· quomodo Conſtātino ſignū ſit crucis oſtenſum· qui imperatores et ceſares ꝑ idē fuere tempus, Capitulum quartum,
Quomodo Conſtantinus chriſtianum dogma cognouerit· Et de miraculis crucis· Et morte maxencij· Ca· quintum·
De derogatiōe paganorū ɔtra Conſtātinum· Sextum·
De Conſtancio patre conſtantini· Capl'm vij·
Quō licinius fugatus vel chriſtianos fuerat perſecutus et nouiſſime victus· Capitulum viij·
De legibus quas conſtantinus pro chriſtianis protulit et de mutatione rituum paganoꝝ chriſtianorumq; prouectu et de victorijs eiꝰ et veneratione religionis· Nonum·
De diuerſis ɔfeſſoribus eorumq; conuerſatione· Decimum·
De diuerſis monachis et eorum inſtitutione· vndecimum·
Quomodo contra eccleſiam arrius ſit exortus· Duodecimum·
Epiſtola alexādri pontificis alexandrini ad vniuerſas eccleſias aduerſum arrium· xiij·
Eiuſdem ad alexandrum conſtantinopoleos epiſcopum· xiiij·
Ep'la arrij ad Euſebium· Capitulum· xv·
Epiſtola Euſebij epiſcopi tijri ad Paulinum· Ca· xvj·
De potentia nicomedienſis euſebij. Ca· decimumſeptimum
De meletianis· Et quomodo ſint ab eccleſia ſegregati· quia nolente alexandro arrium ſuſcipere per diuerſa loca arriani concilia celebrabant, Ca· Decimumoctauum,
Epiſtola conſtantini principis ad alexandrum pontificem alexandrinum et arriū per quam hortatus eſt vt reuerterentur ad pacem· Capitulum decimumnonū·
Quia tam pro arria queſtione q̄m ꝓ paſce die celebrari ɔciliū· xx

Expliciunt tituli primi libri,

Incipit liber primus feliciter, Allocutoria Sozomeni ad impatorē

Erunt antiquis principibus diligētie ſtudiū
uiſſe ut eis amatores quidem ornamentorum
purpuram atqꝫ coronā et his ſimilia prepa:
rarent, Librorum vero habentes intentiōem
circa quaſdam fabulas occupati conſcriptiōes
agerent que audientiū corda mulcerēt, Porro
bella ſectantes ; ut ſagittā oportune dirigerēt
beſtiam proſternerent· lanceam bene iacularent· aut equum decēter
aſcenderent, Preſtabantur enim ſinguli regalibus eorum ſtudentes
rebus illis que forent gratiſſima domināti, Alius itaqꝫ lapides pre:
cioſos dificile compertos offerebat, Alter tinctura purpure clariorē
Plurimi poemata aut diuerſas conſcriptiones inſinuabant, Aliꝰ
bonā cingula aut optimum armoꝝ pandebat vſum, Maxima vō
et imperialis putabatur huius popularis virtutis pars illa fore ;
ad quam tunc amantis intentio declinabat, De pietate autem que
eſt verus ornatus imperij nulli ſtudioſe quodāmodo ſermo fuit,
Sed tu potētiſſime theodoſi· ut complexiue dicam ; cunctam ſupera
ſti deo iuuante virtutem, Purpura ſiquidē corona qua videris xpī
inſpiciētes ; quia eſt maieſtatis ſignum circumdari pietatem tibi
et clementiam intrinſecus ſemper enutriūt vnde conſcriptores et pre:
fecti ac reliqui ſubiectoꝝ ; circa te tuosqꝫ laborant actus, Decerta:
tor autem poſitus iudex qꝫ libroꝝ non camerato eloq̄o caperis· aut
qualibet figura furtū pateris veritatis ; ſed ꝑfecte metiris vtrunqꝫ
ſermonem proprium aptās cauſe ; figuram quoqꝫ dictionis et par:
tes et ordinem et congruentiā et eloquium et compoſitionem et col:
lectiones et ſenſum et hiſtoriam profunde diſcutiēs, Compēſas aūt
recitantibus et tuo iudicio et fauoribus oportunis· nec non aureis
imaginibus et poſitione ſimulacroꝝ et donis et honoribus vniuer:
ſis, Qualem vero te circa recitantes prebes tales dudum fuerunt
iudices circa dulciloquum homerū· aut leuas circa ſimonidem aut
dioniſius ſicilie tirannus circa platonem ſocratis diſcipulum · aut
philippus macedo circa theopompum hiſtoriographum· aut ſeuerꝰ
ceſar circa appianum qui metris piſcium genera et naturas capti:
onem qꝫ narrauit, Crete ſiquidem mille numiſmata carmini com:
penſantes homerico ; et tanq̄m de excellentiſſima largitate gl'iantes

In publica ſtatua munera dſcripſerūt : aleuas autem et dioniſius et philippus nequaquam animo parciores fuere cretēſibꝫ de ſupba ſe republica philoſophia ꝗ iactantibꝫ · qui velociter illoꝝ ſtatuam imitari potuerāt niſi ope fuiſſent minores in munere. Seuerꝰ autē ceſar pro metrico poemate ꝑ verſū vno aureo donās appianū tātū prebuit de largitate miraculū : ut aurea carmina appiani hactenꝰ apud plurimos nominētur . Hec dona fuerūt olim amantium literas et doctrinā. Tu vero potētiſſime principū nullo prioꝝ excellentia minor inueniris · largitatibꝫ tuis circa dictiones exhibitis ſed michi videris nō incongrue talia facere · nam cum oēs virtutibus euiceris ſtudioſe ad crementū ſemꝑ q̄ tua ſunt euehis · quōꝫ hiſtoriā rerū olim geſtarū apud romanos et grecos integerrime cognouiſti ·

Aiunt etenī te ꝑ diē quidē exerceri armis et corpore · ſubiectorū ꝗ negocia diſceptare iudicare ſimul et agere · modo ſeorſum modo cōmuniter que ſunt agenda conſiderare · noctibus libris incumbere . Fertur autem tibi ad eorum ſcientiam miniſtrare candelabrum arte mechanica factum · et ſponte fundens oleum ī lucernam ut nullus circa regalia conſtitutus in laboribus tuis cogatur affligi : et nature vim faciat ſomno repugnans. Sic equidem demēs et manſuetus circa proximos et circa oēs exiſtis · celeſtem regem tuum imitando patronum · cui gratum eſt ſuper iuſtos et iniuſtos pluere · et ſolem facere oriri · et alia ſimul inuidia recedente largiri. Per multā vero doctrinā audio te etiā lapidum ſcire naturas · poteſtates ꝗ radicum · effectus ꝗ curarum nō minꝰ ſalomone dauid filio, Magis autem potiorem virtutibus, Ille ſiquidem factus libidinis ſeruus pietatem non cuſtodiuit ad terminum · que illi cauſa fuerat bonoꝝ et ſapientie , Tu vero o potentiſſime : negligentie obijciens rōnem videris nonſolum hominibus iuſte ſedetiā corpori et anime paſſionibus imperare. Si autem oportet et hoc dici : audio te etiam totiꝰ cibi vel poculi deſideria ſuperare : et neqꝫ poma dulcia · neqꝫ aliud quicquam ſpecioſum appetere niſi quantum ad tactum conuenit et ſolummodo ſapori congruerit · primo tamen benedicere omnium creatorem. Sitim vero eſtum · et frigus · ferre conſuetus : quotidianis exercitationibꝫ iam ipſam continentie putaris habere naturā Dudum ſiquidem in ponto ciuitatem eracliam ab hercule nōiatam

videre feſtinans et laborantē longe tempore ſubleuare· in eſtatis ar=
dore per bithiniam faciebas iter· ſole vero circa diem medium vehe=
menter urente· videns te quidam iter agentium ſudore multo ſimul
et puluere ſqualentē quaſi preſtaturus occurrēs· obtulit tibi poculū
valde perſpicuum et velut radijs emicantem ſuauiſſimum quendā
potum in eum mittēs et aquam frigidam ſuperfundens. Tu vero o
potentiſſime ſumens; Laudaſti quidem pro ſua magnanimitate
virum· et largitate principali poſt paululum cumulaſti, Sed cun=
ctis militibus ad illius poculi claritatem nimis inhiantibus et be=
atificantibus qui eſſet bibiturus eum; rurſus ei poculū reddidiſti·
precipiens ut quo vellet uteretur eo. Unde michi iuſte videtur tuis
virtutibus ſuperatum etiam alexandrum· de quo narratur ab eis qui opera
illius ammirantur quia ei dum per in aquoſa loca properaret cū
macedonibus· diligens quidam miles aquam inueniens hauſit et
obtulit ille vero non bibit ſed corpus infudit. Ut ergo abſolute dicatur
omnium priorum principiorem ſi dici phas eſt te vocare debemus·
ſecundum homerum, Alios etenim reges nichil dignū habuiſſe cōpimus
Alios autem ornaſſe una aut duabus rebus imperium, Tu autem
o ſereniſſime; omnes ſimul virtutes amplectens uniuerſos dinoſce=
ris euiciſſe pietate· clemētia· fortitudine· caſtitate· iuſticia· largitate
atque magnanimitate· dignitate imperiali conueniente, Sine ſan=
guine autem et purum a cede ſuper omniū priſcorum tuum cuncti
gloriantur imperium res ſtudioſas cum delectatione ſubiectos pre=
cipis edoceri; fauorē que et reuerentiam circa tuum amorem et com=
munem utilitatem cunctis oſtendere, Quapropter omnium horum
cauſa neceſſarium videtur michi eccleſiaſticam hiſtoriam dſcribēti
te primitus alloqui, Cui nanque potius hoc aſcribam· multorum ac
venerabilium virtutes utique narraturus· et ea que circa catholicā
eccleſiam prouenerunt· vel per quantas ipſa tranſiens tempeſtates
ad tuos parentum que tuorum portus acceſſerit; Age nunc omnia
ſciens omnemque virtutem habens· et precipue pietatem · quam eſſe
principium ſapientie ſermo diuinus docet, Suſcipe a me hanc ſcri=
pturam et libenter examina; tue que integritatis adiectiones et detra
ctiones adhibens tuis laboribus eam purga, Indubitanter enim
quodcunque tibi placuerit utile legentibus clarum que videbitur; nec

quilibet reprehendit ; quod tu quoqȝ probaueris. Procedit autez mea conſcriptio a tercio conſulatu criſpi et conſtantini ceſarum vſqȝ ad ſeptimumdecimum tuum, Viſumqȝ michi eſt bene ſe habere in nouem decisiones opus omne diuidere, Continebit autem primus et ſecundus tomus · ea que ſub principe conſtantino eccleſie prouenerunt. Tercius autem et quartus · que ſub eius filijs.

Quintus et ſextus · que ſub iuliano conſobrino filiorum maximi conſtantini et iouiniano · nec non valentiniano et valente geſta noſcuntur. Septimus autem et octauus nobis aperiet tom⁹ que ſub graciano et valentiniano fratribus acta ſunt · vſqȝ ad tp̄a imperij · iocundiſſimi aui tui theodoſij · quando ſcilicet veſter clementiſſime principum ſacratiſſimus pater archadius paterno ſuccedens imperio · vna cum pijſſimo patruo tuo honorio romanum orbem gubernare ſortitus eſt, Nonum vero librum chriſtiano ac venerabili veſtro apici dedicaui · quem deus ſempiterne cuſtodiat magnanimitate inconuertibili hoſtibus preualentem · et habentem ſub pedibus vniuerſos · et ad filiorum filios pium imperium dirigentem. Annuente chriſto cum quo deo et patri gloria vna cum ſancto ſpiritu in ſecula ſeculorum Amen.

Sozomeni allocutio in Theodoſium principem explicit.

Salam hermie Sozomeni tripertite hiſtorie, Capl'm Secundum

Cogitatio michi aliquando prouenit ; Cur putas alijs quidem hominibus velociter fuit circa deum verbum fides ? Hebrei autem incredibiles cum ab inicio diuina mandata perceperint ; etiam de chriſti preſentia et quomodo hec forent antequam fierent didicerint per prophetas, Abraham etenī princeps eorum generis et circumciſionis exiſtens ; inſpector et conuiua filij dei eſſe promeruit, Iſaac eius filius imitatione ſacrificij honoratus eſt ; tipo crucis a patre vinctus et oblatus altari · ſicuti contigit et in chriſti fieri paſſione · ut aiunt qui ſcripturas ſacras ītegerrime collegerunt. Iacob autem expectationem gentium in eo nunc exiſtente · nec non et tempus quo venit prenunciauit vbi ait · tunc deficere duces hebreorum ex genē iude principis tribus ei⁹ Significabat autem principatum herodis · qui cum idumeus eſſet genere paterno ; arabs autem a matre · commiſſa ei eſt gens iudeoꝝ

a ſenatu romano et ceſare ſimul auguſto Sed etiam quidam aliorꝫ
prophetarum clare chriſti generationem predicauerunt· et illum ſa-
crum ineffabilemq; conceptum · et matrem poſt partum virginem
permanentem et genus et patriam · alij vero paſſionem et reſurrec
cionem a mortuis et aſcēſionem in celos et euentum ſingularum ꝑ
ſignauerunt rerum. Sed hec quidem eos ignoraſſe ; ſcire poterit
qui ſacris libris incumbit. Joſephus autem mathathie filius atq;
ſacerdos vir apud iudeos nobiliſſimus· nec non et apud romanoſ
digniſſimus erit teſtis de veritate chriſti.· Vocare nanq; eum virū
non audet tanquam factorē inſignium operum ; magiſtrumq; ſer-
monum veracium ; chriſtum vō aperte nominat et pena crucis ad
iudicandum et tercia die apparuiſſe viuum ; et alia de eo infinita
miracula a prophetis ſanctis non ignorat eſſe predicta. Sed etiam
multos tunc extitiſſe quos elegit grecos atq; iudeos et permanere in
eius dilectione atq; gentem ab eo nominatam ; nequaq̄m defeciſſe
teſtatur. Et michi videtur quoniam hec referens quaſi clamare
videtur operibus deum eſſe chriſtum ; rerum quippe miracula ob-
ſtupeſcens. Cum autē hoc dixiſſet etiam ipſe medius tranſcucurrit
in nullo tamen contradicens credentibus in eum potiusq; ɔſentiēs

Hec igitur cogitanti michi ; digne mirabile viſum eſt · hebreos
etiam alios homines ad chriſtianitatem non potuiſſe conuerti. Nā
licet ſibilla et alia reſponſa apud gentiles· ea que ī chriſto erant vē-
tura predixerint ; nō tamen ob hoc omnes greci de incredulitate cul-
pandi ſunt, Pauci nanq; qui videbantur eruditores precipui huiꝰ-
modi prophecias intellexerunt plerunq; metricas exiſtentes et diſer
tioribus verbis prolatas ad populū, Erat itaq; ſicuti michi videt̄
ſupne prouidentie· ut ad concordiam futurorum nonſolum propiſ
prophetie ventura committereſtur ; ſedetiam ex parte gentilibus,
Veluti ſiquis melodie compoſitor · propter vtilitatem peregrini ſo-
ni alias cordas plectro diſcurrat aut ſup eas que ſunt adijciat aliaſ

Hebrei ſiquidem pluribus et manifeſtioribus prophecijs vtentes
In preſentia chriſti minores ſunt inuenti q̄m greci, Sed neq; hoc
extra rationem videbitur · cur ex alijs gentibus tantum eccleſia cre-
diderit, Primum quidem quoniam deo gratum eſt ex miraculis na
ſci mutationes in diuinis maximiſq; negocijs. Deinde· quia non

fortuitis virtutibus preſulum eius ab inicio deſperata reperitur eſſe
religio. Nam licet linguam ad elocutionem aut pulchritudinem
ſermonis diſertam non habuerint neqꝫ verbis aut probationibus
philoſophicis vterentur ad ſuadendū tamen non ob hoc minus ſtu
dium fuit eis. Sed exuti ſubſtantijs et bona propria contemnentes
atqꝫ nudati et velut ī alijs corporibus plurima peſſimaqꝫ tormenta
ſuſcipientes. et neqꝫ ciuitatum populis ſummiſſi. neqꝫ iudicum blā=
dimentis illecti neqꝫ terroribus forte deterriti. clarum fecerunt vni=
uerſis quoniam pro maximis premijs modica certamina ſuſtinerēt
Quapropter: neqꝫ ſuaſione verborum opus erat. dum per domos
et ciuitates ad credendum res ipſe compellerent que nequaquaꝫ pri
mitus videbantur audite. Capitulum Tercium.

Tanta ergo diuina atqꝫ mirabili mutatione per orbem terra=
rum facta ita ut et prior religio et leges patrie ſpernerent cru=
dele nimis erit calidonium quidem aprum. et marathonium taurū
et alia ſimilia ꝑ prouincias et ciuitates facta. aut fabulis deuulga=
ta: tanto nobilitari ſtudio ut multi grecorum et probatiſſimi con=
ſcriptores circa talia laboraſſent ſcribendi habentes ingenium me ꝰ
vim mee nō inferre nature et hiſtorie tripertite geſta narrare, Reor
enim quomodo argumento rei huius non ab hominibus inſtituto
conſcriptor quoqꝫ inopinabiliter apparebit non inops deo. Viſus
etenim ſum primo quidem hoc opus ab origine mundi digerere. ſꝫ
conſiderans quomodo et alij talia fecerunt vſqꝫ ad tempus ſuum io
eſt clemens et egeſippus viri ſapientiſſimi: ſucceſſionem ſequentes
apoſtolorum. affricanuſqꝫ conſcriptor et euſebius cognomine pam
phili vir in diuinis ſcripturis et grecorū poetis atqꝫ rhethorum ꝑ=
ſcrutator eruditiſſimus, Tunc ergo quecunqꝫ in eccleſijs contigerūt
poſt chriſti aſcenſionem ad celos vſqꝫ ad licinij deiectionem colligēs
In duobus redegi libris: nunc autem fauente deo que poſtea pro=
uenerunt aperire temptabo, Quo circa memorabo cauſas quibꝰ in=
terfui et a ſcientibus aut contemplantibus eas audiui tam in nr̄a
q̄m ante noſtram generationem geſtas. Ceterorum v̄o explanabo
noticiam ex legibus poſitis cauſa religionis. et ex concilijs per tp̄a
conſtitutis ac nouitatibus factis et imperialibus atqꝫ ſacerdotū epi=
ſtolis: quarum alie quidē hactenus in palacijs eccleſijſqꝫ cuſtodiūt

alie vero paſſim apud diligentes inueniuntur. Quarundam ra
tiones potius complecti in hoc opere me approbaui propter magni
tudinē lectionis ; ut ſenſus earum breuiꝰ indicetur ; niſi forte q̄dā
venire poſſint in dubium ; pro quibꝰ apud multos eſt diuerſa ſen-
tencia, Tunc enim ſiquamlibet ſcripturam inuenire potuero pro
pter probationem veritatis eam ponere nō ōmitto, Vt aũt nl'lꝰ
ignoratione rerum accuſet mendacem eſſe conſcriptionem· ↄtrariaꝰ
legendo forſan epiſtolas. Sciendū eſt ; quomodo occaſione dogma
tis arriani·et eorum qui poſtea ſunt oborti diſcordantes inter alter-
utros preſules eccleſiarum ſinguli de quibus ſtudebant ſuis ↄſecta-
toribus ſcribebant et per concilia congregati decernebant que vellēt
Et ſibi cōntraria ſapientes ; per abſentiam ſe ſepe damnabant ; et
per tempora principes ac proceres eorum qua poterāt virtute flecte-
bant ; et ſibimet vnanimeſ faciebant ut eorum conſenſu recta colē
putarentur. Alij ſiquidem iſtis ; alij vero fauentes illis collectio
nem fecerunt epiſtolarum pro hereſi propria directarū & eas ſibi cō
trarias reliquerūt, Porro nobis difficile valde fuit ; ut inuenirēꝰ
omnia que de talibus prouenerunt, Quia vero precipua cura veri-
tatis habenda eſt propter hiſtorie puritatem ; neceſſarium mihi vi-
ſum eſt ; etiam literas huiuſmodi ut fuit poſſibile perſcrutari. Si
igitur etiam ſediciones eccleſiaſticas inter alterutros geſtas de preſu
latu vel de honore primatus proprie hereſeos explanauero non gra
ue aut male voluntatis eſſe videatur. Primo nanqꝫ ſicuti dictū
eſt conſcriptorem oīa decet veritati poſtponere ; deinde dogma eccīe
catholice veraciſſime declarare. Quod ſcilicet inuenitur ſepe quidē
aduerſariorum inſidijs impeditū et tamen quia diuinitꝰ roboratū
in propria manſiſſe virtute· et vniuerſas eccleſias atqꝫ populos ad
ſuam trāxiſſe veritatem, Cum itaqꝫ vellem ſi tamen doceret ea ſola
conſcribere que ad meam videbantur noticiam perueniſſe de eccleſia
in romano imperio conſtituta ; placuit tamē quantum valuero ut
etiam apud perſas et barbaros que ſunt geſta de religione ↄſcribā
Non autem abſurdum erit ab hiſtoria eccleſiaſtica ſi in hoc opere
etiam illi referantur· qui quondam patres et preceptores fuere mo-
nachorum aut qui poſt eōs per ſucceſſiones vtiles viſi ſunt hīc audi-
uimus atqꝫ probabiles. Non enim aut nos ingrati eſſe videbimur

taciturnitati tradentes virtutes eorũ aut illi exſortes erunt hu9 hiſtorie qui tante philoſophie exempla reliquerũt. Quibus venientes poſteri beatiſſimo et feliciſſimo fine potientur. Sed hec quidem· ſermo procedens· ut potuero obſeruabit. Conuertar nunc ad narrationẽ rerum · cooperatorem inuocans deum · hinc enim habebit preſens ſcriptura principiũ.

Quartum.

CRISPO ET CONSTANTINO CESARIBUS atq; conſulibus : romane quidem eccleſie ſiluestrius preſidebat. Alexandrine autem alexander et hieroſolimorum macharius Antiochie vero que eſt apud orientem poſt romanum nondum quiſq; fuerat ordinatus perſecutionibus ſcz prohibẽtibus. Non longo poſt tempore hi qui nicea collecti ſunt eloquijs ammirantes euſtachium dignum approbauerunt ſede appoſtolica preſidere. Et cum eſſet epiſcopus vicine beroti eum in antiochiam tranſtulerunt. Tunc ergo epiſcopi orientales quidem vſq; ad terminos egipti circa libiã commorantes non preſumebant aperte in eccleſias conuenire. Cum licinius fauorem quem in eos habuerat permutaſſet. Sed neq; per occidentem helladici vel macedones· et illirici licenter in religiõe durabant · propter conſtantinum qui princeps erat in his partibus romanorum. Huic enim viro et alia quidem plurima poſtea prouenisse percepimus quibus flexus eſt xpianorũ dogma venerari : precipue tamen ſignum quod ei diuinitus eſt oſtenſum. Socrates

ET quoniam ad hec venimus : paulo latius aliquid referamus Cum diocletianus et maximianus herculeus priuatam elegiſſent vitam et maximinus galerius qui cum eis imperauerat tenẽs italiam duos ceſares feciſſet· et maximinum in oriente· et in italia ſeuerum. Tunc conſtantinus in britania patre mortuo ordinatur imperator · primo anno ducenteſime ſeptuageſime prime olimpiadis viceſima ſeptima die iulij menſis · rome vero a pretorianis militibus maxencius maximiani herculij filius inſtituitur imperator. Hinc eius pater imperandi cupidine voluit filium regno priuare : quod facẽ nequiuit. Poſt hec autem tharſo cilicie mortuus eſt. Porro ſeuerus rome contra maxencium veniens militum prodicione peremptus ẽ Maximinus autem galerius inſtituens licinium auguſtum moritur Proinde maxẽcius rome velut tirannus habebatur adulteria impudent

exercens et earū viros occidens, Quem volens conſtātinus opp̄mē et romanos a cladibus liberare ; cogitabat quem in bello deum hr̄et auxilio ; ſciens nihil prodeſſe deos quos dioclecianus venerabatur· et q: potius eius pater paganoꝝ ↄtempta religione felicit̄ aduixiſſꝫ

Sozomenus

IN his igitur ſollicitudinibus conſtitutus ; in ſomnio vidit crucis ſignum celo ſplendide collocatū. Mirantiq; viſionem aſtiterunt angeli dicentes, O conſtantine in hoc vince. Fertur autem et ipſum chriſtum apparuiſſe· eiq; ſignum monſtraſſe crucis ac precepiſſe· ut figuram ſimilem faceret · et in prelijs auxilium hoc haberet· quo victorie iura conquireret. Euſebius itaq; pamphili cum iureiurādo ip̄o imperatore dicente· audiſſe ſe refert ; quia circa meridiem declinante iam ſole crucis ſignum ex lumine factum et ſcripturam cōſertam ei dicentem · in hoc vince· vidiſſet ipſe et milites qui cum eo tunc eſſent. Pergenti nanq; aliqñ cum exercitu pariter hoc inquit ei miraculum ēſt oſtenſum. Dumq; cogitaret quid eſſet ; nox ſup̄uenit, Et dormienti xp̄s apparuit cum ſigno qđ vidit in celo. Iuſſit q; ut fieret eius ſigni figuratio que foret auxiliū ī congreſſionibus preliorum. Cumq; iam opus non eſſet interprete· ſꝫ aperte monſtratum imperatori fuiſſet quid de deo credere conueniret mox die facta ſacerdotes xp̄i conuocans de dogmate conſulebat. At illi ſacros libros offerentes de xp̄o loquebanť· ſuaq; dicta ex propheticis comprobabant, Signum vero quod apparuerat ei dicebant tropheū eſſe victorie aduerſus infernum. Quam victoriā aſcendens in celos egit chriſtus crucifixus et mortuus et tercia die reſurgens ; ſcd̄um qđ ſperandum eſſe dixerunt quia poſt huius vite terminum circa finem ſeculi preſentis· omnes hoīes reſurgant et immortales exiſtant · alij quidē ad premia rerum quibus bene vixerūt · alij ad ſupplicia eo ꝙ ab eis mala ſint geſta ; eſſe tñ etiam in delictis que committunť hic occaſionem ſalutis · purificationemq; peccati ; nondum iniciatis quidē baptiſmatis adeptionem · ſecundum eccleſiaſticam legem iniciatis aūt cuſtodiam ne delinquant. Sed q̄a hoc agere omnino paucoꝝ ſanctorūq; virorum eſt· docebant purificationē quoq; ſcđam ex penitentia conſtitutam· clementem enim eē deum et veniam tribuere delinquētib; ſi penitentiā agētes ſtudeant eā opib; roborare.

HEc ſacerdotibꝰ explanare explanātibꝰ ammiratꝰ im: ꝟ
perator prophetias de chriſto ita ꝓmiſſas iuſſit viros eruditoꝝ
ex auro et lapidibus precioſis · in vexillum tranſformare ſignū qꝺ
labarum vocabat. Hoc enim ſignum bellicum inter alia precioſiꝰ
erat · eo qꝺ imperatorē precedere et adorari eum a militibꝰ moris eēt ·
Precipue conſtantinum reor nobiliſſimum decus imperij romani i
ſignum mutaſſe crucis · ut frequenti viſione atqꝫ cura deſueſcerent a
priori mori ſubijci · et eum ſolum arbitrarentur deum quem coleret
imperator vel quo duce atqꝫ auxiliatore uteretur aduerſus hoſtes.
Semper enim hoc ſignum ꝓponebatur ante ordines vniuerſos ; qꝺ
maxime laborātibꝰ aciebus in prelijs adeſſe precipiebat. Conſti :
tuit itaqꝫ certos ſigniferos qui in eo laborarent · Quorum opus erat
ut vicibus humeris cum veherent et omnes acies ita luſtrarent.

Fertur enim eo qꝺ aliqñ quidam ferens hoc ſignum repente hoſti
bus inuadentibus expauiſſet · dediſſetqꝫ illud alteri deuehendum.
Cumqꝫ ſe de prelio ſubtraxiſſet et iacula declinaſſet · ſubito percuſſus
interijt. Ille vero qui ſacrum ſuſcepit tropheum · multis ſe iaculan:
tibus permanſit illeſus. Mirabiliter enim diuina regente virtute
ſagitte hoſtium figebant in ſigno · a ſignifero autem inter pericla
protinus euolabant. Dicitur autem neqꝫ alium vnqꝫ huius ſigni
miniſtrum ut ſolet in bello vulnere mortuum aut cladem captiuita:
tis perpeſſum. Socrates.

COngreſſus igitur circa pontem milinum vicit ī flumine ne:
cato maxencio. Erat enim annus ſeptimus imperij conſtan:
tini. Inter hec dioclecianus ſolana defunctus eſt. vj · Sozome.

NOn autem ignoro · quia greci referunt conſtantinū eo qꝺ ali :
quos genere proximos occidiſſet et cooperator extitiſſet in ne :
ce filij ſui criſpi penitētia ductum de purificatione conſuluiſſe phi :
loſophum ſoſipatrum qui tempore illo preerat in ſede plotini illumqꝫ
reſpondiſſe nullam in huiuſmodi delictis purgatiōem. Conſtanti
num vero hac in traditione turbatum inueniſſe epiſcopos · qui pe
nitentia ſeu baptiſmate promitterent · eum ab vniuerſo poſſe pur :
gari delicto. Tunc gauiſum in illis qui dixerant qꝺ volebat ammi
ratumqꝫ dogma · factum deinde chriſtianum et ad ſui ſimilitudinē
deduxiſſe ſubiectos. Mihi autē videntꝰ hec ficta ab his qui ſtudent

religioni chriſtiane detrahere. Criſpus etenim propter quem dicunt
conſtantinum eguiſſe purgatione viceſimo anno imperij paterni
defunctus eſt, Qui cum adhuc viueret : multas cum eo pro chriſti:
anis poſuit leges. Secundo quippe loco honoratus · imperij ceſar exi
ſtens ſicut etiam nunc principum nomina et tempora legibus ſub :
iecta teſtantur. Soſipatrum vero non eſt credibile ad colloquium
conſtantini venire potuiſſe ĩ ſola oceani circa brenum parte regnã:
tis. Propter contentionem vero contra maxencium habitã degebat
in italia · tunc romana reſpublica turbabatur : et non erat facile
ut britanni et galli conuenirent cum illis tunc apud quos conſtat
chriſtiana conſtantinum religione participatum niſi dum contra
maxencium caſtrametaretur et tranſiret ad romam . Teſtes autem
ſunt rurſus horum tempora nec non et leges quas ꝓ religiõe ſanxit
Vt autem concedamus facile potuiſſe principem loqui ſoſipatro aut
per epiſtolam ſuam conſuluiſſe pro quibus vellet : non eſt tñ veri:
ſimile ignoraſſe philoſophum qꝛ herculis alcmene purgat⁹ athenis
eſt poſt filij necem in cereris ſacris : et quia poſt hiphiti necem pe:
grinum et amicum iniuſte peremit. Cum igitur greci in huiuſ:
modi delictis purgationes annuncient · ſufficiant que dicta ſunt · et
accuſet de mendacio eos · qui ſoſipatrum contraria conſtantino re:
ſpondiſſe finxerunt Non enim credo hec ignoraſſe tunc nobiliſſimũ
apud grecos eruditione literarum. Septimum ·

Igitur eccleſie ſub regimine conſtantini alacriter regebant̃ et quoti
dianis diebus augebantur · fauente et vnanime principe multis
eius beneficijs eleuate, Quas etiam prius inconcuſſas dominus a
periculis turbiſqꝫ ſeruauit. Nam cũ perſecutiones diuerſas eccleſie
in alio terrarum orbe paterentur : ſolus conſtantinus cõſtantini pr̃
licenter chriſtianis ĩ ſua conſiſtere religiõe conceſſit. Deniqꝫ tale
aliquod miraculum et memoria dignum egiſſe cognoui. Is eniꝫ
probare volens quoſdam in ſuo palacio chriſtianos · ſi boni et ſoli:
di eſſent viri : euocans vniuerſos precepit dicens · ut ſi quidem ve:
nirent ad ſacrificandum et eius colerent deos circa eum eſſent : et in
ſuo cingulo ꝑmanerent : ſi vero refugerent egrederentur de palacio ·
gratias agentes quo minime punirentur, Cunqꝫ in utroqꝫ apparuiſ
ſent · alij quidem religionis deſertores · alij vero diuina preſentib⁹

preponentes·deliberauit eos amicos et conſiliarios uti qui in meli=
orib⁊ fideles conſtantesq̃ ꝑmanſerant·alios aūt velut effeminatos
auerſatos expulit a ſuo colloq̃o· credēs nunq̃ȝ eos circa ꝑncipem de=
uotos fore qui fuerīt dei ſui ſic paratiſſime proditores, Et ideo adhuc
ſupſtite conſtancio nō videbat̃ ɔtra legem quempiaȝ xp̄ianuȝ apud
eos· qui vltra italiaȝ galliasq̃ et brittanniaȝ et qui circa pirineum
habitabant montem vſq̃ȝ ad oceanū heſperiū. Cum vero con=
ſtantinus in ei⁹ ſucceſſiſſet imperiū·poti⁹ res ecc̄ie defloruerūt·maxē
cio enī herculij filio perempt⁹ · cum eius pars conſtantino ceſſiſſet·
iam licent̃ in religione vigebant qui circa tiberim fluuium et erida
num quē padū prouīciales appellāt cōmorabant̃· et qui circa aq̃leȝ
commanebāt, In quē ſermo fert̃ aduectā nauigio argo et ad tirnuȝ
pelagus fuiſſe perducta·argo naute enī ventū validū declinātes·nō
eodem nauigio in regreſſione ſūt vſi · ſed tranſeūtes mare qd̓ ſuper
ſcythas eſt per hec flumina venerūt ad terminos italie. Et hic hie=
mantes condiderūt ciuitatem que nuncupat̃ emona. Eſtate vero
ſupueniēte coopantib⁊ eis prouīcialib⁊ fere quadringēta ſtadia arte
mechanica trahentes argo per terram ad fluuiū aquilem deduxerūt
qui permiſcet̃ heridano. Heridanus aūt fauces hʒ̃ in italicuȝ mare
Poſt preliū itaq̃ȝ ciuile dardanij et macedones et qui circa hiſtrum
tunc morabāt̃· nec non et belſas et biliricoꝝ gens oīs ſub conſtanti=
no redacta eſt. Octauum·

P Orro licinius hinc fugat⁹ cum pri⁹ ſectator fuiſſet dogmatis
christiani·mutata volūtate plurimos ſacerdotum in ſue par=
tis afflixit imperio ; multos quideȝ et aliorū precipue tn̄ de collegio
militari·nimis enim erat christianis infeſtus ꝓpt̃ conſtantini belluȝ
eſtimans eum non poſſe contriſtari ꝓpt̃ calamitatem ſue religionis
ſimul etiam arbitratus q2 orarent et ſtuderent redigi·ſub illi⁹ ſolius
imperio. Sup hec aūt pugnatur⁹ denuo contra conſtantinū ſpeȝ vi
ctoris habebat ꝑ diuinationes et ſacrificia. Et ſeductus ab aliquib⁊
promittentib⁊ q2 bello vinceret conſtantinū·in paganitatem dūſa ſ
eſt. Deniq̃ȝ etiaȝ greci dicunt tūc eū expertū diuinatiōeȝ mileti ge=
minitq̃ȝ appollinis·Eiq̃ȝ conſulenti de bello reſpondiſſe demonium ꝑ
hos homeri verſus·O ſenex valde te iuuenes pugnatores obſeruant
tuaq̃ȝ vita ſoluta eſt · ſeuaq̃ȝ te ſenectus excipiet, Ex plīmis ergo

rebus viſum mihi eſt dogma xp̄ianoꝝ diuīa prouidentia conſtitiſſe
tantoq̄ꝫ ꝓceſſiſſe cremēto· maxime tn̄ ex ꝑſecutione gentiliuꝫ · futuro
nanq̄ꝫ licinio perſequi eccleſias in ſuo imperio conſtitutas· bellū in
bithinia factum eſt quo nouiſſime pugnauerūt inť alterutros ipſe et
conſtantinus tantoq̄ꝫ iamiam diuīo ſuffragio iutus ē conſtātinus
ut et ꝑ terrā et ꝑ mare vinceret inimicos. Et amiſſis licini⁹ pedeſtri:
bus et naualib⁹ ſemetipꝫ in nicomediam tradēt ꝫ priuatuſq̄ꝫ theſſa
lonice aliq̄nto tp̄e permanēt ibiq̄ꝫ ꝑimeret. Vir ergo ꝓmorijs im:
perij ſui prelijs alijs rebus valde prouect⁹ et ſororis conſtantini nu:
ptijs honorat⁹ huiuſmodi fine defunctus eſt. Nonum.

Onſtanttinus igiť dum ad eum ſolum omne romanorum ꝑ
uēniſſet imperiū edictis publicis vſus ē ꝫ ut oēs oriētales ſub
iecti impauide religiōez colerent xp̄i et diligēter diuinitati miniſtra:
rent· diuitatem quippe ſolaꝫ eā crederent q̄ et reuera eēt · et ſufficiēter
haberet omni tp̄e poteſtatem. Et quō qui talib⁹ ſtuderent oīa bona
vberrime eis accīderent et quecunq̄ꝫ aduerſa putarent cū meliori po
tius ſpe fruerent ꝫ qui vero circa deum delinquerent cōmuniť ſeorſū
in bellis et in pace oīa eis difficilia prouenirēt· gratiaſq̄ꝫ referēs nō
ſibimet arrogās adiecit in ea lege dicens· Quia miniſtrū oportunū
eum habere dignatus fuerit deus ſui conſilij· et a brittannico mari
vſq̄ꝫ ad loca orientis adduxerit eū· q̄tenus augeret xp̄iana religio·
Et qui ꝓpť dei culturam durabiliť permanſerūt in confeſſionibus
martirij clariorib⁹ ei⁹ honorib⁹ apparerent. Hec itaq̄ꝫ concionatus
et alia multa dicens per que credebat ſubiectos ad cultum religiōis
adducē infirma eē ſācīuit q̄ ɔͣ religiōez fuerāt cogitata vľ geſta ſub
ꝑſecutorib⁹ etiaꝫ remiſſiōezq̄ꝫ cūctos hr̄e decuit q̄ ꝓpť ɔfeſſiōez chriſti
migrare ī inſuľ aut alibi pꝛeť volūtatē ꝓpaꝫ ɔmorari viſi aut ī me
tallis affligi·aut publicis opib⁹·aut muliebrib⁹·aut lanificijs mi:
niſtrare aut dari curijs·cum curiales primitus nō fuiſſent, Eos autē
quos infames illi fecerāt ab infamia relaxauit. Milicia v̄o priua:
tos in ſua volūtate reliquit·vtrum eē in ſchemate quo fuerant·an
certe cum honorabili quiete liberam vellent hr̄e vacationez. Cunq̄ꝫ
omnes ad piorē libertatez et conſuetos honores reuocaſſet·etiā ſub:
ſtantias reformauit vniuerſis, Si qui verō morte damnati ſubſtā:
tia quoq̄ꝫ nudati ſūt· precepit ꝓximis genis eoꝝ deferēdas hēditates

Nullo aũt hoꝝ exiſtẽte vnãquãq; prouincialem eccliã ad ius here=
ditatis accedẽ ẽ ſiue apud p̃uatum ſiue apud publicum de tali ſub=
ſtantia eſſet aliquid reſtitueret. Eis aũt qui ex erario publico aliqͦd
comparauerãt aut donationes acceperãt· ſcđm poſſibilẽ decentemq;
modum ſe prouidere promiſit, Hec igiť ſicuti dictum eſt· imperatori
placuerũt ⁊ lege firmata ſũt· inſignitaq; omnia decenti fine ↄpleta
Chriſtiani vero tũc omnes romanoꝝ dignitates amminiſtrabãt
et de cetero cunctis ſacrificare negabať immolatiõibꝫ q; aut diuia=
tionibus non erat locus· ſ; nec idola dedicare· aut celebritates paga
nas agere iam licebat, Plura vero etiã p ciuitates gentium de
antiqua conſuetudine mutabantur. Ab illo deniq; tempoꝛe apud
egiptios nequãq; ſm̃ priores ſolemnitates ĩ paganorum templa cu
bitus· ſ; in ecclias magis offertur quo ſignificatur crementum aque
niliace. Apud romanos aũt tunc primũ monachoꝝ ſpectecula ſunt
remota. Apud phenicas vero qui in libano et heliopoli omorant
fas vlterius nõ fuit virgines fornicari anteq; legittimis iungerent
viris. Nempe ; poſt turpitudinem experimenti primi nefande erant
permixtionis. Sancte vero domus que quidẽ magnitudiẽm vide=
bantur hrẽ ſufficientem corrigebanť· alie vero cremẽto altitudinis ẽ
latitudinis augebanť. Alibi autẽ cum non eẽnt a fundamentis edi
ficate fulgebãt, Pecunias vero ex regijs theſauris imperatoꝝ afflu=
entius impendebat· ſcribẽs p ſingulas ciuitates epĩs atq; preſidibus
populoꝝ ut ſacerdotes ſicuti vellẽt iuberẽt iſti aũt iubẽtibꝫ obedirẽt·
quatenus cito pficereť opus, Letante ſiquidẽ eius imperio etiã
religio valde florebat et in tantũ etiã poſt bellũ contra liciniũ geſtũ
feliciſſimus fuit in prelijs aduerſus alienigenas preparatis· ut etiã
ſarmatas vinceret· et qui vocantur gothi tũc nouiſſime cauſa gr̃tie
apud eũ federa celebrarẽt. Hec aũt gens habitabat quidẽ tũc trans
fluuium hiſtrum. Cumq; eſſet ĩ bellis prona et multitudĩe atq; ma=
gnitudine corporum armis ſp exercitata alijs quidẽ barbaris preua
lebat ſolos aũt romanos habebat ſibimet repugnantes, Ferť ẽnĩ
etiam et hoc prelio demonſtratum conſtantino p ſigna vel ſomnia ;
quanta dei prouidentia regereť. Qui cũ ſupaſſet oĩa bella que ſub
eo ſunt geſta veluti repenſãs xp̃o· in eius religionis ſtudio · magis·
magiſq; feruebat· hãc ſolã fatendã et ſalutarẽ exiſtimare ſubiectos

iubens. Terraꝫ vero ſubditam ſibi ex vnaquaqꝫ ciuitate detrahens
publico certum vectigal eccleſijs prouincialibꝰ cleroqꝫ diſtribuit. Et
donationem validã in ꝑpetuum eſſe ſanciuit. Aſueſcens autem
milites ut ſicut ipſe deũ coleret ſigno crucis eoꝝ arma ſignabãt. In
regalibꝰ quoqꝫ oratoriũ fabricatus etiaꝫ tabernaculũ ad inſtar ecclie
circumferebat dum aduerſus hoſtes caſtrametaret̃. q̃tenus nec in
itinere degens ip̃e vel exercitus ſacro lumine priuarentur quo decẽt
laudari deum et orationes offerri. Sequebant̃ aũt parit̃ ſacerdotes
et diaconi tabernaculo ſeruiẽtes. qui ſ̃m legem ecclaſticaꝫ ſacrorum
ordines adimplebant. Ex illo aũt tempore romanorũ cohortes que
nunc numeri nuncupant̃ ſingule fecerũt tabernaculũ ꝓpꝛiũ et ſacer-
dotes atqꝫ diaconos ſeruientes diſtributos habebãt. Diem vero q̃
dominicus vocitat̃. quem hebrei primũ vocãt. greci aũt ſoli diſtribu
unt et q̃ ante ſeptimum eſt. ſanciuit a iudicijs alijsqꝫ cauſis vniuer
ſos hr̃e vacationem et in eo tantũ orationibꝰ occupari. Honorabat
autem dominicum diem q̃a in eo xp̃s reſurrexit a mortuis. Alium
vero qꝛ in eo fuerat crucifixus. Maximaꝫ nanqꝫ culturam ſacratiſſi-
me crucis habebat tam pro his que ei proſpere prouenerãt eius auxi
lio in prelijs contra aduerſarios inſtitutis quam pro iudicio qđ ei di
uinitus pro ea videbat̃ oſtenſuꝫ. Deniqꝫ ſuppliciũ crucis qđ primit᷒
apud romanos erat in vſu lege prohibuit. In figurationibus autẽ
ſolidorũ et ĩ imaginibꝰ hoc ſignũ iuſſit inſcribi ſemper et figurari ut
teſtant̃ hactenus eius imagines hoc ſcemate decorate. In oĩbꝰ ſi-
quidem rebus precipue tamen ĩ legiſlationibꝰ ſtudebat placare diui-
nitatem. Apparet enim luxurioſas et valde fatuas ꝑmixtiones ante
eum non prohibitas tunc fuiſſe correctas. ſicut ex ip̃is quas poſuit
legibꝰ inuenitur. Sed nunc que ad honorem et ſtatum religionis
ab eo ſancita ſũt pandere neceſſariũ eſt cum partes eẽ ecclaſtice vide
ant̃ hiſtorie. Apud romanos dudũ lex fuit a viceſimo quinto an
no non habentes vxores prohibẽs a priuilegijs habẽtium coniuges
Sed et alia multa iubens ut nihil de teſtamento lucrarent̃. licet ge-
neris proximitate conſiſterent. Qui vero filios nõ habuiſſent me-
dietatem relictoꝝ ſibimet ammittebant. Poſuerũt aũt has leges an
tiqui volentes romam eſſe populoſam omnemqꝫ ſubiectam terram
Et qꝛ nõ mltũ añ has leges plĩmos ĩ ciuilibus bellis ammiſerant.

Videns igitur imperator idcirco male tractari eos qui propt̄ deum
virginitati et ſine liberis eſſe ſtudebant. fatuum iudicauit diligētia
et ſtudio hominum videri eorum augeri genus. cū natura ſꝑ ſupna
diſtributione diminutionem ſuſcipiat et augmentum. Et legē ꝑpl'o
propoſuit vniuerſo. quaten⁹ equalibꝫ priuilegijs fruerent̄. qui ſine
coniugibꝫ et liberis erāt. quibꝫ et illi qui hec ſe habere gaudebāt. Sꝫ
etiam amplı⁹ ſanciuit eos hr̄e qui ī cōtinentie virginitate degebāt
licenciam eis prebēs maſculis. feminiſqꝫ licet etate minoribus teſta
mentum facere contra communem legem. Omnes enim bene cogita
